



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 51. Alphonsus Joannæ desponsus Rex Castellæ proclamatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

**Sæcul. XV.** Lusitaniæ Regis, qui Joannæ Avunculus erat, auxilium implorabat, spe facta, si illam sibi in uxorem feligeret, Castellani imperii coronam ad eum devolvendam. Alphonsus, quæ ultro offerebantur, acceptare haud recusat, atque ad Ferdinandum & Isabellam Legatos mittit, qui Castellanum ac Legionense diadema repeterent; illud vero reddere nolentibus bellum nuntiarent. Ad hæc Ferdinandus & Isabella juncto consilio, animoque ad arma descendunt, & Rex veterem Castellam unacum Legionensi regno, Isabella vero suppetiis Albensis Ducis, & Toletani Infantis aucta Vandalitiam & Murciam tuendam suscepit.

## §. LI,

*Alphonsus Joannæ despensus Rex  
Castellæ proclamatus.*

*Mariana.*  
*l. 24.*

His ad bellum interea animum intentibus, Villenæ Marchio Joannam ad urbem Placentiam comitatus est, & Alphonsus, qui ibidem jam antea advenerat, summo Pontifice propinquitatis impedimentum relaxante Joannam sibi despondet, & demum vi juris, quod ejus sponsa in regnum habebat, Rex Castellæ salutatur. Hic confessim cum quatuordecim peditum, ac quinque millibus equitum ad urbem, quæ Paxaugusta dicitur, proce-

procedit, indeque Tironem venit, ubi Sæcul. XV.  
unacum Sponsa sua ultro exceptus est. A.C. 1475.  
Eodem fortunæ cursu Senticam, Penna-  
fielam, & Bultanaciam urbes suis sub-  
jecit armis, Comite Beneventano, qui  
eum aggressurus accurrerat, in captivita-  
tem abstracto.

## §. LII.

*Sentica iterum capta, irritusque Fer-  
dinandi conatus adversus  
Septam.*

Cum Alphonsus Senticæ otiosus hære-  
ret, urbis Gubernator, quem ibidem  
constituebat, per summam perfidiam fa-  
ventibus noctis concubiæ tenebris Ferdi-  
nandi copiis liberum urbis ingressum con-  
cessit. Hæ Lusitanos ingenti cæde pro-  
sternuit, ipsumque Lusitaniæ Regem  
præcipiti fuga Tironem reverti compel-  
lunt; cum vero Joannes ejusdem Fi-  
lius paucis post cladem diebus integrum  
atque recentem militiam adduceret, u-  
terque junctis viribus Senticam redinte-  
grata obsidione premere aggrediuntur,  
irrito licet conatu. Interea Ferdinandus  
hostem alio avertere intentus, copias  
quasdam in Africam decernit, quæ Se-  
ptam urbem expugnarent. Castellani,  
cum vix appulsi jamjam Mauros terra ur-  
bem tormentis quatere cernerent, ipsi

Kk 4      etiam